

**HYMNI ET COLLECTÆ,**

ITEM

**EVANGELIA, EPI  
STOLAE, INTROITVS,**

**GRADUALIA, ET SEQUENTIAE &c.**

Quæ diebus Dominicis & Festis sub preci-  
bus horarijs & augustissimo Missæ sa-  
crificio in Ecclesia Dei legun-  
tur & canuntur :

IN VSVM OMNIUM PIETATIS  
*amantium, præsertim autem Laicorum, qui Latine  
sciunt, quò huiusmodi Hymnos sanè dulcissimos, me-  
litasq; Ecclesiæ preces, lectiones & cantiones, & ipsi  
dum sacris intersunt, ad manum habere, & vota sua  
communibus ECCLESIAE votis ac precis  
bus coniungere queant, sedulo  
collecta.*

QVIBVS ADIECTA ETIAM FORMVA  
la benè pièque auspiciandi, transigendi, finiendi-  
que diem certis ijsque Catholicis precatiunculis,  
omnibus, piè in CHRISTO viuere satagen-  
tibus maximè salutaris.

COLONIAE,

Apud Geruinum Calenium & heredes Iohannis  
Quentel, Anno M. D. LXXXV.

Cum priuilegio Imperiali ad decennium.

Coll. Soc. I. H. S. V. Salm. ex dona R. P. W. M. 2033e

# TYPOGRAPHVS PIO LECTORI

S. P.

**H**ABES hîc, Christiane Lector, non absque multo labore & studio conquista, & in hanc formã redacta, quæ tibi non mediocriter possint esse vsui. Habes Hymnos & Sequentias, vt vocant ecclesiasticas, mirificè pium animum in DEI amorem incitantes: Habes preces, quas Collectas appellant, quibus nihil fingi possit efficacius: Habes sacrosanctæ Missæ sacrificij officia totius anni, vnde facile perire dere queas, quàm nihil agatur in Missa, quod non sit è diuinis ferè literis depromptum: Habes optimarum precum non contemnendam farraginem, quibus ad omnem vel necessitatẽ, vel opportunitatẽ vti queas, non absque fructu ingenti. Nec debes isthæc aut fastidiare, aut reijcere. Scis totiès nos ab ipso Christo admoneri, vt preces Deo offeramus: Oportet, inquit, semper orare: cui etiam conuenienter Apostolus hortatur, vt sine intermissione oremus. Et nè simus ad precandum desides, pollicetur Dominus liberaliter se daturum quæ petimus. Petite, inquit, & accipietis, idq; non vno loco. Porro verò cum non omnes ea sint gratia præditi, vt possint sibiipsis precandi formulas effingere, nos hîc præmansum, quod dici solet, cibum affatum offerimus.

Luc. 18.  
2. Thef. 5.  
Matt. 7.  
& 21.  
Mar. 11.  
Luc. 11.  
Ioan. 14.  
& 16.





# HYMNI EC-<sup>1</sup> CLESIASTICI COMMVNES.

DOMINICIS DIEBUS AD MA-  
TUTINVM.



*PRIMO dierum omnium  
Quo mundus extat conditus,  
Vel quo resurgens conditor,  
Nos morte victa liberat.*

B. Greg.

*Pulsis procùl corporibus,  
Surgamus omnes ocyus,*

*Et nocte queramus, pium  
Sicut Prophetam nouimus,  
Nostras preces ut audiat,*

*Suamq; dextram porrigat,  
Et expiatis sordibus  
Reddat polorum sedibus,*

*Vt quique sacratissimo  
Huius diei tempore,  
Horis quietis psallimus,  
Donis beatis muneret.*

*Iam nunc paterna claritas,  
Te postulamus assatim:  
Absit libido sordidans,*

A

Omniq;

## EVANGELIUM MATT. XXII.



**I**N illo tempore: Abeuntes Pharisei, consilium in-  
 ierunt, vt caperent IESVM in sermone. Et mit-  
 tunt ei discipulos suos cum Herodianis, dicentes: Mas-  
 gister, scimus quia verax es, & viam Dei in veru-  
 tate doces, & non est tibi cura de aliquo: non enim  
 respicis personam hominum. Dic ergo nobis, quid tibi  
 videtur: licet censum dare Casari, an non? Cognita  
 autem nequitia eorum, IESVS ait: Quid me tenta-  
 tatis Hypocritæ? Ostendite mihi numisma census. At  
 illi obtulerunt ei denarium. Et ait illis IESVS: Cuius  
 est imago hæc & superscriptio? Dicunt ei: Casaris.  
 Tunc ait illis: Reddite ergo quæ sunt Casaris, Casari:  
 & quæ sunt Dei, Deo.

# FORMVLA <sup>455</sup>

## BENE PIE QVE

AVSPICANDI, TRANSIGEN-  
DI, FINIENDIQVE DIEM CERTIS

ijsq̄ue Catholicis precatiunculis, omnibus pie  
in Christo viuere satagentibus maximè

salutaris, ex varijs piarum pre-  
cum libellis sedulò  
collecta.

PRÆFATIO CONTINENS PIAM

ET SALVTAREM EXHORTATIONEM

ad orationem vitamq̄ue Christiano

homine dignam.

**F**ORMVLAM breuem, Catholice Lea-  
ctor, tibi hîc præscribimus pie auspicandi,  
transigendi, finiendiq; diem certis pijs &  
Catholicis orationibus, quas in memoria  
penuarium repositas, & manè inter sur-  
gendū interq; vestiendū (nè illud tibi tempus sine ali-  
qua pia & vtili occupatione animi inaniter elabatur)  
& vespèri ante lecti ingressum, ac in ipso cū iaces,  
memorare memoriter donè somno opprimaris, possis.  
Tum per diē quoq; opportunis horis, cū voles subindè  
proprietatis & deuotionis affectum meminisse. In quo tibi  
pijsq; omnibus rem imprimis gratā & animabus  
salutiferā nos facturos rati sumus. Nihil enim homini  
Christiano ad salutē & felicitatē aternā consequen-